Lichenes Kurziani e Calcutta.

Exponit W. Nylander.

Dominus S. Kurz, cujus collectionem Lichenum Javanicorum in Flora 1866 n. 9 exposui, etiam Calcuttae explorationes ineunte hoc anno fecit utilissimas. Lichenes inde mihi a cl. von Krempelhuber examini submissos hic enumerare liceat. Sunt omnes corticolae atque plurimi lecti in horto botanico Calcuttensi, cujus curator est D. Kurz. Ex 53 Lichenibus hanc collectionem constituentibus 12 in Europa obveniunt.

1. *Pyrgidium bengaliense* (Kphb. in hb. sub Pyrgillo?). Thallus albus obsoletus (evanescens aut nullus visibilis); apothecia nigra breviter cylindraceo-prominula (altit. fere 0,30 millim., crassit. 0,20—0,25 millim.), pyrgilliformia; sporae 8nae fuscae ellipsoideae 1-septatae, longit. 0,005—9 millim., crassit. 0,003—4 millim., paraphyses nullae distinctae [1]). — Ad corticem *Ravenalae madagascariensis* (coll. Kurz. 23 [2]).

2. *Ramalina angulosa* Laur. Sporae rectae vel leviter curvulae. longit. 0,011—16 millim., crassit. 0,0040—0,0045 millim. — (122).

3. *Ramalina calicaris* Ach. (et f. *farinacea*). — (59).

4. *Parmelia perlata* Ach. Isidiophora. — (105, 106).

5. *Physcia picta* (Sw.). — (51, 53, 58). Isidiophora (54, 55, 123, 124, 125). Sporae longit. 0,011—17 millim., crassit. 0,006—9 millim.

6. *Pyxine Cocaës* (Ach.), thallo sorediifero, apotheciis strato fusco-rufescenti impositis, sporis longit. 0,009—0,015 millim., crassit. 0,004—6 millim. — (56, 57).

7. *Pyxine Meissneri* Tuck, (104).

---

1) Genus *Pyrgidium* videtur *Calicio* vel *Sphinctrinae* affinis quam *Trachiliae*. Apothecia (lamina tenui visa) capitulum ostendunt subglobosum supra parum apertum, basin versus leviter constrictum ipsaque basi dein crassiore; hymenium concavum subincolor massam sporalem supra congerens vix autem protrudens. Differt *Pyrgidium* a *Calicio* sessili capitulo minus aperto et basi stipitis hypothecialis brevissimi incrassata; differunt etiam sporae non strictae uniseriales in thecis. Longius distat *Pyrgillus* jam apotheciis parte hymeniali intrusis, thalamio alio etc., tamen extus apothecia fere omnino conveniunt cum iis *Pyrgidii*.

2) Sic in sequentibus numero solo intra parenthesin citabitur collectio Kurziana, de qua hic agitur.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05982-0005-0

8. *Lecanora aurantiaca* (Lght. f.), sporis longit. 0,010—17 millim., crassit. 0,006—0,010 millim. — (107, 108).

9. *Lecanora Encephalarti* Kphb. in hb. Thallus cinerascens (humidus nonnihil cinereo-virescens) tenuis opacus inaequalis indeterminatus; apothecia testaceo-lurida vel testaceo-fuscescentia vel pallido-rufescentia biatorina (latit. 0,3—0,5 millim.) plana, margine demum evanescente; sporae 8nae placodinae, longit. 0,008—0,012 millim., crassit. 0,0045—0,0065 millim. Species est e stirpe *L. cerinae*. — Ad folia Cycad. — (109).

10. *Lecanora intrusa* (Kphb. in hb. sub Lecidea). Similis *L. sophodi* var. laevigatae Ach., sed thallo distincto (licet tenui) laevi subeffuso (pallido-cinerascente vel albido-cinerascente); apothecia nigricantia innata opaca (latit. circ. 0,5 millim.); sporae 8nae longit. 0,014—22 millim., crassit. 0,008—0,011 millim. Spermatia recta longit. fere 0,004 millim., crassit. 0,001 millim. Apothecia non intrusa, demum convexa. Verisimiliter varietas *Lecanorae sophodis*, accedens ad var. *roboris* et sequentem. — (60, 62).

11. *Lecanora colobina* Ach. *L. U.* p. 358 (huc *horiza* Flot. ex. Kphb. in hb.). Thallus cinereo-fuscescens subleprosus determinatus; apothecia fusconigra subbiatorina (latit. 0,5—0,8 millim.), demum convexa et tum immarginata; sporae 8nae longit. 0,017—23 millim., crassit. 0,007—0,010 millim. Varietas sit *sophodis*. — (26).

12. *Lecanora subfusca* var. *distans* Ach. — (111—119).

13. *Lecanora sarcopis* f. *subeffusa* Nyl. Thallus glaucescens vel glaucescenti-flavidus tenuis rugulosus; apothecia carneo-rufescentia parva (latit. 0,3—0,4 millim.) biatorina (vel interdum margine leviter thallino-suffuso); sporae 8nae longit. 0,009—0,013 millim., crassit. 0,006—7 millim. Gelatina hymenea iodo coerulescens, dein varie violacee tincta. — (91).

14. *Lecanora granifera* Ach. — (70).

15. *Gyrostomum scyphuliferum* (Ach.). Sporae 4—8nae fuscescentes seriebus transversis 6—10-loculosae, longit. 0,020—40 millim., crassit. 0,009—16 millim. — (64, 65).

16. *Lecidea carneolutea* (Turn.) minor. Thallus albido-glaucescens tenuissimus opacus, passim subleprosus, sat determinatus; apothecia dilute carneolutea adnata (latit. 0,4—0,5 millim.) plana marginata, margine dilutiore pallido-albo (subincolore, interdum margine thallodeo obsolete induta); sporae vulgo 12nae (sed variantes 6nae—16nae) fusiformes 3—5-sep-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05982-0006-6

tatae, longit. 0,0,12—23 millim., crassit. 0,004—6 millim.), apice nonnihil incrassato, hypothecium incolor. Gelatina hymenea iodo dilute vel obsolete coerulescens [1]). — (28).

17. *Lecidea medialis* Tuck., Nyl. Nov. Granat. 2. p. 61. Sporae bacillares vel fusiformi-bacillares 3-septatae. longit. 0,018—28 millim. Septa rarius 5. Exacte similis Cubensi et Nicaraguensi. — (89, 98, 99).

18. *Lecidea propinquella* Nyl. Subsimilis *L. bacilliferae* (Beckhausii Krb.), sed mox differt gelatina hymenea iodo non tincta. Thallus vix ullus visibilis; apothecia nigra minuta (latit. circ. 0,3 millim.) marginatula (vel demum margine evanescente); sporae bacillares simplices (vel indistincte 1-septatae) rectae vel subrectae, longit. 0,018—23 millim., crassit. 0,0025 millim., paraphyses mediocres, epithecium fuscescens (varians luteo-fuscescens), hypothecium incolor. Thecae crassit. 0,009—0,011 millim., 4—8-sporae. — (30).

19. *Lecidea spadicea* Tuck., Nyl. Nov. Granat. 2, p. 64.

20. *Lecidea patellarioides* Nyl. *Lecidea discreta* Kphb. in hb.). — (72).

21. *Lecidea triphragmia* Nyl. (*Lecidea approximata* Kphb. in hb.). — 71, 74, 75).

22. *Lecidea premnea* Ach. var. *melargyra* Nyl., thallo tenui vel tenuissimo albo, apotheciis nigris. Sporae oblongae vel fusiformi-oblongae 3-septatae (saepe simplices), longit. 0,015—24 millim., crassit. 0,004—6 millim. — (68, 69).

23. *Opegrapha Martii* (Kphb. in hb. sub Lecanactide). Thallus albus vel albidus tenuis subopacus late extensus rimosus; apothecia nigra caesio-suffusa opaca nigro-marginata oblongo-linearia flexuosa mediocria (latit. 0,4—0,5 millim.); sporae 8nae incolores fusiformes 3—7-septatae, longit. 0.024—30 millim., crassit. 0,0045—0,0065 millim., hypothecium electrino-fuscescens. Gelatina hymenea iodo vinose rubens. Thallus chrysogonidia continet. Affinis *O. lynceae*, apotheciis vero longioribus flexuosis, epithecio caesio et margine nigro, hypothecio alius coloris, etc. Spermatia leviter arcuata, longit. 0,032—36 millim., crassit. 0,0045 millim. — (18).

24. *Opegrapha varia* var. *pulicaris* (Hffm.). — (141).

25. *Opegrapha vulgata* Ach. Sporae 7-septatae, longit. 0,027—36 millim., crassit. 0,0045—0,0055 millim. — (131, 144, 147). Etiam f. *recta* (101).

1) In typo europaeo thecae variant 8—20-sporae.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05982-0007-2

26. *Opegrapha inaequalis* Fée. Similis *vulgatae* typicae, sed sporae 5-septatae, longit. 0,026—34 millim., crassit. 0,006—7 millim. — (80).

27. *Platygrapha pallidella* Nyl. Thallus albus vel albidus opacus tenuis vel tenuissimus determinatus; apothecia pallida prominula gracilenta (latit. 0,1 millim.) lincaria simplicia aut semel vel bis ramosa, vulgo sat conferta, marginibus thallodeo-obtecta, intus incoloria; sporae 8nae incolores fusiformes 7-septatae, longit. 0,025—30 millim., crassit. 0,0030—35 millim. Gelatina hymenea vel thecae iodo vinose rubescentes. (Etiam in Taïti). — (100, 103, 129).

28. *Platygrapha glaucomoides* Nyl. Thallus albidus tenuis (crassit. 0,2 millim.) subdeterminatus opacus rugosus rimulosus; apothecia (lecanorina) livida albo-suffusa (latit. 0,6—1,2 millim., epithecium marginem thallinum plus minus repandum aequans; sporae 8nae fusiformes 3-septatae, longit. 0,018—25 millim., crassit. 0,0045—0,0065 millim., hypothecium fuscum. Gelatina hymenea iodo vinose fulvescens [1]). — (22).

29. *Platygrapha stigmatica* Kphb. in hb. Thallus albidus tenuis vel tenuissimus indeterminatus; apothecia nigra vel fusca in pulvinulis (quasi stromatibus) thallinis convexiusculis difformibus (latit. 1 millim. vel latioribus) innata gracilenta (latit. 0,05—0,09 millim.), demum vage ramosa, non prominula; sporae 8nae incolores ovoideo-oblongae 3-septatae, longit. 0,011—12 millim., crassit. 0,003—4 millim., hypothecium incolor. Gelatina hymenea iodo coerulescens. Forte satius *Stigmatidium* (differt enim vix *Stigmatidium* a *Platygrapha*) et tum dicendum *St. extenuans*. Accedit prope *Pl. interruptam* atque etiam magis ad *Pl. extenuatam* (quae ambae forte potius *Stigmatidia*), sed sporis minoribus jam differt (praeter alias notas). — (78).

30. *Stigmatidium melastigma* Nyl. Thallus albus tenuissimus; apothecia nigra minuta punctiformia (demum submoniliformi-juncta) vel linearia, utrinque discissa vel suberumpentia; sporae 8nae incolores fusiformes 3-septatae, longit. 0,023—30

---

1) Pro varietate sumi possit, ex externa facie, *Lecanorae glaucomae*; sed revera similior *Dirinae*, a qua jam differt hypothecio dilutiore minusque determinato, thallo hypochlorite calcico non tincto. *Pl. dirinella* est minor, apotheciis depressis, hypothecio incolore etc. In *Pl. glaucomoide* thallus hydrate kalico non tinctus, gonidia chlorophyllo aurantiaco (chrysogonidia) aut alia viridi mixta; apothecia caesia, thalamio ut in *Platygrapha;* spermogonia nigra, spermatiis curvulis (longit. 0,0045 millim., crassit. 0,0015 millim.).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05982-0008-8

millim., crassit. 0,0035—0,0040 millim. Gelatina hymenea iodo vinose rubens, hypothecio coerulescente. Etiam thallus iodo coerulescens [1]). Forte satius *Platygrapha*. — (63).

31. *Stigmatidium micrographum* Nyl. Thallus albidus subopacus tenuis rimosus indeterminatus; apothecia nigricantia vel fusca innata tenella, vage vel furcato-divisa aut subsimplicia, intus incoloria; sporae 8nae incolores fusiformes 3-septatae, longit. 0,016—18 millim., crassit. 0,0025—0,0030 millim., paraphyses graciles irregulares, epithecium, thalamium et hypothecium incoloria [2]). — (5).

32. *Arthonia cinnabarina* Wallr. Sporae longit. 0,020-27 millim., crassit. 0,008—0,010 millim. — (150—158).

33. *Arthonia Antillarum* (Fée). Thallus hydrate kalico flavescit. Sporae 3-septatae, longit. 0,011—14 millim., crassit. 0,004 millim. [3]) — (61, 85—87).

34. *Arthonia impolitella* Nyl. Thallus cinerascenti-albus vel caesio-albus opacus tenuis determinatus; apothecia caesia innata (latit. 0,5 millim.) plana oblongo-difformia rimoso-circumscissa; sporae 8nae ovoideae 3-septatae (loculo 1 vel 2 mediis demum semel divisis), longit. 0,012—14 millim., crassit. 0,006 millim. Gelatina hymenea iodo vinose rubens. Thallus chrysogonidia continet. — (82).

35. *Arthonia abnormis* (Ach., cf. Nyl. Nov. Granat. 2, p. 104). Sporae incolores ellipsoideae murali-divisae, longit. 0,018—24 millim., crassit. 0,008—0,010 millim. — (83, 84). *A. anastomosans* (Ach.) sporas habet minus divisas.

36. *Arthonia circumalbicans* Nyl. Thallus albus vel albidus tenuissimus determinatus vel obscure limitatus; apothecia nigricantia minuta (latit. 0,2 millim.) lobulato-difformia, margine albo thallodeo cincta; sporae 8nae incolores (vel vetustate fuscescentes) oblongo-ovoideae 3—5-septatae, longit. 0,017—24 milim.,

---

1) Deinde dilutius vel interdum rosee tinctus; addito ammoniaco color coerulescens redit, sed mox postea (effectu solito ammoniaci) omnis reactio iodica evanescit.

2) Apothecia simpliciora et tenuiora quam in *St. stellulato* (Fée) et sporae diversae. Forma apotheciorum fere ut in *St. venoso*, sed ea multoties minora (in statu humido latit. 0,075—0,100 millim., epithecio angustiore). Thallus chrysogonidia (diam. 0,007—8 millim.) continet.

3) Etiam in insulis Bonin obvenit (ex hb. Tuck., ubi formam vix distinguendam *perpallentem* olim dixi).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05982-0009-6

crassit. 0,006—8 millim. Gelatina hymenea iodo vinose rubens [1]). — (16, 17).

37. *Arthonia astroidea* var. *Swartziana* (Ach.). — (27).

38. *Chiodecton heterotropum* Nyl. Thallus albus vel albidus tenuis opacus rugulosus, ambitu laevigato et byssino-radiante, limite summo ex hypothallo umbrino. Sterile modo visum, pandanicola. Thallus hypochlorite calcico erythrinice tinctus. Spermogonia frequentia obtecta minuta, ostiolo nigro, spermatia recta, longit. 0,007—8 millim., crassit. 0,001 millim. — (24, 25 [2]).

39. *Graphis scripta* Ach. — (134, 135, 139, 142, 145). — Var. *pulverulenta* (Pers.) (126, 137, 143). — Var. *subvirginea* Nyl. (*Gr. virginea* Mut. ex Lepr. Guyan. 207. von Eschw.). sporis 6—10-locularibus, longit. 0,016—32 millim., crassit. 0,006—7 millim. (102, 127, 130, 136, 138, 146. 148, 149).

40. *Graphis obtecta* Nyl., hypothecio incolore. — (128, 132).

41. *Glyphis cicatricosa* Ach. (19) et var. *favulosa* Ach. (20, 21). Sporae 8—10-loculares, longit. 0,030—40 millim., crassit. 0,006—0,011 millim.

42. *Verrucaria nitida* Schrad. — (29, status macula thallina ochraceo-pallente).

43. *Verrucaria libricola* (Fée, *Pyr. aspistea* Fée). — (38-41).

44, *Verrucaria tropica* Ach. Sporae incolores ellipsoideae, 4-loculares, longit. 0,018—27 millim., crassit. 0,006—8 millim. — (31, 42, 43, 46, 47).

45. *Verrucaria diluta* Fée f. thalli macula pallide cinereo-fuscescente, sporis longit. 0,020—24 millim., crassit. 0,035—0,0045 millim. — (48).

46. *Verrucaria mastoidella* Nyl. Similis *V. Tetracerae* Ach., sed sporae minores 3—7-septatae, longit. 0,018—25 millim., crassit. 0,0035—0,0045 millim. — (99 a).

47. *Verrucaria alboatra* Kphb. in hb. Vix nisi varietas *V. biformis* thallo albo opaco tenui diffuso. Apothecia perithecio

---

1) *A. platygraphella* differt ab *A. circumalbicante* apotheciis majoribus, etc.

2) *Ch. heterotropum* comparandum est cum *Ch. hypochnoide*, sed thallo laeviore neque reactione chemica eadem, etc. Etiam *heterotropum* in Java occurrit. — Frustra omnino D. Schwendener (in Flora h. a., nº. 26) terminum hypothallum non adhibendum censet. In his Chiodectis, sicut saepissime in lichenibus crustaceis, hypothallus modo in parte thalli peripherica juvenili prodit, in ceteris vero partibus perditus est. At in scriptis Friesianis quidem usus nimius vel saepe mysticus occurrit vocabuli „hypothalli“ (ex. gr. „albi, subleprosi“, inter characteres!), quod correctione opus habet.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05982-0010-7

dimidiato-nigro aut infra tenuiter obscurato. Sporae (ut in biformi) longit. 0,012—17 millim., crassit. 0,006—7 millim. — (10; 44 perithecio dimidiato-nigro).

48. *Verrucaria majuscula* Nyl. Nov. Granat. 2. p. 122. Varietas sit *V. epidermidis* apotheciis paullo majoribus; sporae 3-septatae (ad septa fere constrictiusculae), longit. 0,024—32 millim., crassit. 0,009—0,011 millim., paraphyses graciles. — (34).

49. *Thelopsis inordinata* Nyl. Similis *Th. rubellae*, sed differt sporis non regulariter 3-septatis (sed septis irregularibus saepius accedentibus obliquis aut uno alterove longitudinali) longit. 0,010—16 millim., crassit. 0,006—8 millim. Gelatina hymenea iodo leviter coerulescens, dein vinose rubescens. — (141).

50. *Melanotheca indica* Nyl. Thallus macula pallida indicatus; apothecia nigra composita rotundato-difformia convexa rugosa (latit. 0,3—0,5 millim.); sporae 6—8nae (demum fuscescentes) oblongae 1—3-septatae, longit. 0,020—24 millim., crassit. 0,006—8 millim., paraphyses non distinctae [1]). — Pandanicola (15).

51. *Trypethelium Sprengelii* Ach. Sporae incolores fusiformes 10—14-loculares, longit. 0,035—45 millim., crassit. 0,008—0,010 millim. — (8, 9).

52. *Trypethelium pallescens* Fée. Sporae incolores 4-loculares, longit. 0,021—23 millim., crassit. 0,007—8 millim. — (7).

53. *Trypethelium leucotrypum* Nyl. Thallus macula pallescenti-olivacea indicatus; apothecia in stromatibus nigris (etiam intus) depressis aut convexiusculis oblongo-difformibus (latit. 0,5—1,5 millim.), ostiolis vix prominulis albis vel albidis confertis; sporae 8nae dilute fuscescentes 4-loculares, longit. 0,020—23 millim., crassit. 0,008—9 millim. Affine *Tr. nigritulo*, cui autem macula thallina pallida, ostiola nigricantia minus conferta, etc. — (12, 14).

1) Apothecia ***Melanothecae indicae*** (collectiva) minora et convexiora quam in ***M. gelatinosa*** comparanda. In ***M. arthoniella*** sporae crassiores. Variat ***M. indica*** sporis 1-septatis et macula thallodea vix ulla (var. ***vaga***); datur in collectione Kurziana n°. 11.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05982-0011-2

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1867

Band/Volume: 50

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Lichenes Kurziani e Calcatta 3-9